

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 4 *

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani ^{sup} obitum Rudolfi Imperatoris
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua
 vestam iheresum M. Petri a Fera.
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni
 Cremeri.
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-
 pi Anhaltino sponte scripta.
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-
 tino scripta a Collegis schole Serventare.
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-
 haltini Abrahami Cremeri.
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
 XIII. Euerela Saravontonis et Bionae.
 XIV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.
 XVII. Abrahami Vbiici Diagraphe Laboris
 Scholastici.
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio
 imposita.
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-
 derici Widebrani.
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij
 post Magisterij eutum pronunciata.
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisiae Servente-
 ne Danielis Berckingeri.
 XXIV. Desortatio a Calennijs.
 XXV. Germania ad Principem epistola Attil:
 Martino Praetorio.
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cre-
 meri.
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli
 Italo-Saxonis.
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-
 nis Ernesti Wulstorfii.
 XXXI. Etiam
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen
 XXXIII. Iohannis Cremeri.
 XXXIV. In honorem Notariatus Valen-
 ni Gelani.
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida
 Christophori Heroldi.
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi
 4. V. D.
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo
 Nicolai Maij.

XXXIV.

39

an-33

CARMINA ET VOTA

IN NOVUM ET SOLENNEM

HONOREM ORNATISSIMI ATQVE

Doctissimi Viri

DN. VALENTINI

GELANI VVALDSASSENSIS

PALATINI SS. LL. STUDIOSI, CUM EI IN

Inclyto nec non Celeberrimo Anhaldino-

rum Gymnasio, Titulus Notarii tribueretur

& decerneretur

A

MAGNIFICO, NOBILISSIMO,
CLARISSIMO AC DOCTISSIMO

VIRO Dn. MICHAELE MAJERO PHILOSOPHIÆ

& Medicinæ Doctore Sacri Lateranensis Palatii, Aulæq;

Cæsareæ ac Imperialis Consistorii Comite, Equi-

te, Exempto & Cæsareæ Majesta-
tis Medico.

*Nuncupata ab amicis, quorum suis singu-
lorum versibus nomina addita sunt.*

S E R V E S T A E

Typis Zachariæ Dörfferi, Anno

M. D C X.

*J. Ernesto Bi
dermanno.*







AVulgo Scribæ quiddam esse putantur inane,
Et meritò : scribas tot quia vulgus habet.

Cæsar is eximios verò suprema Potestas
Per Comites, usu hoc quippe necesse, facit.
Ut faciles quām sunt scribæ, qui de grege plebis,
Ignota insolitis nectere verba modis:
Sic hos , quos FIDEI adstrinxit data dextera ,
Scribas

Nil nisi quod rectum ritè notare juvet.
Quorum de numero cùm sis, GELANE, recensq;
Tam tibi,quām Ju R I gratulor, atq; foro.
Outinam, GELANE, TVI similesq; peritis
Plures, commissi qui officij memores,
Judicis haud tanti Patronorumq; labores
Essent, nec nodis judicia implicita.

Amico Amicus

D N. VALENTINO GELANO
N. P. Julius Etzlerus.

A 2 AMON



A MON TRES CHER ET BIEN
AYME FRERE VALENTIN GELAN. &c.



*Elluy qui veut bastir un grave bastiment
Pour ne craindre du temps la tempeste &
l'orage
S'arreste a bien choisir pour bastir cest ou-
uurage*

*Des pierres bien solides pour faire le fondement :
Et pour sur ceste base travailler dextrement
La reigle y est requise, & encor davantage
Le plombean doit seruir pour d'estage en estage
Rendre tout esgalé pour bastir seurement :
Aussi toy qui pretens de faire un Edifice
Sur la base arresté de la droicte Justice,
Sa blance te sera pour mesurer tousjours.
Le droict & l'equité pour accorder le Monde
Je prie cest Architecte de la Machine ronde
De benir ton ouurage jusqu'au dernier séjour.*

I. DOVLCE T. Parisien.

AL IUD.



A L I V D.

Rtus non Veneri aut Baccho, non lumina
somno
Det, (nam sic superis Visum,) usq; laboreto-
portet,


Qui cupidit ad summam concendere Palladis arcem.
Id dubium non est, hæc te fecisse, GELANE,
Dum tibi MAIERUS titulos & signa NOTARI
Offert, teq; facit jurisq; æquiq; ministrum.
Et licet his titulis quidam oblectantur inertes,
Tu tamen his magâ signaris non sine laude;
Non sine laude, tuis studijs sed digna βερβεῖα
sunt hæc. Perge modò, non istum desere cursum.,
Tunc crescente tuæ mentis conamine, JURIS
Crescit honos, capiet magnos Respublica fructus
De te; pro voto hæc volui tibi scribere, sat sit.

Εὐνόιας ἡγή Βεβαιοφίλιας ἔνσκα. F.

ANDREAS PVLmannus
Servestanus.

A 3

Jn



In signum Notariatus.

A Te principium, Tibi desinet, arte NOTARI:
Carmina ducta tuis tenui nunc accipe votis
Filo.

Filo. Collector, tali & tibi grator honore
Versibus incomptis. Claro quo stemmate natus
Non scribo ; popularibus , ajunt, accidat illud:
Ast ego de signo dicam pro parte virili,
Cujus ut exponam mysteria , Numen adesto. (norum ,
VIRTUS VIM VINCIT , vetus est , tritum ore bo-
At verum exemplo , GELANE , tuo , ut q̄ videmus
Signo , quo virtus pedibus subjecta videtur ,
Et tanquam prostrata , manu latere atq; sinistro.
Vis gladium contra dextratenet , atq; severo
Aspicit hunc vultu , sese gladioq; tueri
Conatur , leges nec jus normam ve Jehovæ
Aspicit haud summi : contra sed sumere fas est
Arma , ferunt , fraus est concessare repellere fraudem . ,
Ut q; vides , pectus duro is quo d protegat ære.
Sed femur & crus detectum quid denotat ? altâ
Ex virtute oritur talis fiducia , Leges ,
Jura sinunt ; teneat sua quisq; & pace fruatur :
Leges , jura vigent ubi tristibus haud opus armis .
Laurea nunc supereft , Virtus quam dedicat illis ,
Qui duros puro casus Virtutis amore
Vincunt , semper bonos quorum laudesq; manebunt .
Ergo , laudetur , Spartam quam nactus adornans ,

Non



Non duros metuas Virtutis amore labores,
Non vim, non Momos, adversi aut quicquid ubique est.
Egregiam laudem quare & memorabile nomen,
Hinc referes, legum jurisque perite GELANE.
Quid poterit melius tibi, quid contingere majus?
Quam TV Servest & tanto digneris honore:
Dignus es his, Virtus quos gignit, honoribus alma.
Te commendat enim dives prudentia rerum,
Ingenijque tui praeclarum laudat acumen,
Mens candoris amans, & ficta nescia vocis,
Allicit hæc homines sibi cœlestemque Parentem:
Proh pereat simulata loqui qui novit, & audet
Mentis id esse decus præclaræ dicere summum.
Doctus amas doctos, tibi mens promptissima semper,
Semper & assiduus studio librisque legendis:
Inde mihi carus meritis atque arte fuisti,
Hinc in te mage amor, quasi semine surgat abundant,
Gratulor ergo tibi nomen titulumque NOTARI:
Semper eas, quo cœpisti pede, sic bene semper.
Vive, audi, vigila, lege, rellege, quare, valeto;
Caste, vera, legens, leges, lectas, pia, rectè.

Non moris, sed amoris ergo Familiarissimi.
PACHIMVS SCHORVS Servesta. Auhaltnus F.

ALIUD.



A L I V D.

Inge Dei atq; orbis lernā, finge omnia mun-
Aspera constanti perpetienda viro; (di
Virtutē dederis comitem, superabitur illa
Quâ facile adversi lerna timenda mali.

Vim nescit virtus semper liberrima , cogi
Armata heroâ mente nec illa potest.

Hanc pia relligio famulam sibi legit, Honestas
Hanc ut reginam suspicit atq; Deam.

Felix hac famulâ pius est: DI reddite vitæ
Juncta sit æternum hæc cum pietate meæ!

Quam tibi cùm meriti Titulus donârit honoris
Symbolon, ô justæ stella, G E L A N E, Deæ.

Quid precer aut donem nisi mutua vota animumq;
Qui mea meq; tibi do, dare plus nequeo.

Amicitiae ergo

ANTONIUS VOITVS Tur-
senreut. Palat. F.

B

ALIUD.



ALIVD.



Vmtibi promeritum nomen GELANE
MAIERUS juris nobilis arte daret. (tar I
Aureg orbis obit digitos, viridate Smaragdo,
Diva Themis quo te, junxit amore sibi.

Quid velit hoc munus, paucis, adverte, docebo,
Quidq_z aurum signet, mente repone tua.

Aurum præsentat Legem, Lex carior auro est,
Tecta dolis solvens, legitimisq_z modis.

Virtutes, pietas, candor, sunt ipse Smaragdus,
Qui fulget quandò, jusq_z bonumq_z valet.

Macte novo titulo, & quem nunc es natus honorem
Amplifica, cæptam continuando viam.

Maxima laus hæc est, studiorum maximus est hic
Fructus, scire bonas juris in arte vias

Fiat & hinc æqu i tibi copia larga boniq_z,
Ingenij multa fertilitate tui.

Æqui sisque memor, justorum sisq_z patronus
Perpetuò clarum nomen habere potes.

Qualibus intenebris, quanta caligine cinctam
Degamus vitam hanc, (heu dolor!) usq_z patet.

Vivitur



*Vivitur arbitrio, nullus sub lege teneri
Vult, aut recta sequi, quod lubet ipse facit.
Custodes Legum ludibrio habentur, & ipsæ
Leges, queis hominum vita carere nequit.
Justitia ad superos penna migrasse putatur
Præpete, Regnorum concidit unde decus.
Tu quantum potes, injustas hinc abiice causas,
Et teneas Sophiæ, quam docet ipsa, viam.
VINCAT VIM VIRTUS, palmas pariture perennes
Injure es præstans miles, & arte vales.
Sic rumpo filum, eveniant tibi prospéra cuncta,
Usus sit JURIS dulcis ut, opto tibi.*

G. U. G.



A L I V D.

SIc ubi Cinnameo Phœnix Gangeticus igni
ossa dedit senio debilitata gravi;
Ex cinere effœto reparabilis exilit ales,
Aureus aspectu, quiq; colore nitet:
Sic, GELANE, tuum nomen jam, Docte, reluxit,
Mersum ceu spisso funditus antè Specu.

B 2 Non

Non tamen id mirū; nam postquam in flore Juventæ
Libâsti liquidas Bellerophontis aquas:
Ecce novus tibi surgit honos, J v s, dico, Notari,
MAIER O quod nunc contribuente geris.
Jure quod hoc munus geris, haud modò docta
(virorum,

Pieridum quoq; sed gaudet amore cohors.
Suspiciat quis enim non illos , optima certò
LEX constat quibus, & constat amica Fides?
Quippè quod affectas studium, quo illustrius ullum
Non terris, dignam rem sapiente facis: (est
Quid Politia, rogo, Regumve Palatia quidnam ,
Hoc sine? non néruant illicò prona? patet.
Justum quisquis amat, Pacem nec despicit atro
Hoc carbone notet, munus'is egregium?
Fide Deo, vanos vulgi contemne susurros ,
Et quam cœpisti currere curre viam,
Hujus, jò, leges oppone boatibus almas,
Quas amplio scripsit codice Dia Thermis. (guæ,
Despue (quod proprium docti est) mala toxicâ liu-
Non alijs, sibimet, perniciofa, nocent.
Nitere, quàm potes, & Leges, & commoda Pacis
Provehe: lite silent, Pace vigente vigent.

Eveniet;

Eveniet; video nam mores, claraq; mentis
Indicia, & causas ad potiora bona.
Spiritus ex oculis locuples mihi testis abundè,
Effulsurum olim majus in orbe decus.
Præstabis certè, superet modò vita; suaq;
Enthea L V x vires, quod precor, auget ope.

JOACHIMUS SCHÖNHUSIUS
Stend.



A L I V D.

Enibi quod casto meritas ex pectore grates
Per magno referas, docte Gelane, D E O.
Te quoniam viridi MAIERU s fronde NOTARI
Exornat, laurum tempora dando tibi.
Gratulor: & titulos tibi nunc accedere tantos
Gaudeo: qui tollent nomen ad astratum.
Perge ita, magna tuo surgit spes inde parenti,
Perge age, sic poteris spem superare patris.
Et semper sancti studijs da tempora Juris
Ut charam patriam ritè juvare queas.

B 3

Quodq;

*Quodq; facis, spartam claram, quam nactus es, orna
Sic tuus aeternum non periturus bonos.
Hoc gaude, donec titulus majoris honoris
Ex juris surgat cognitione tibi.
Consule queso boni, quamvis sint carmina pauca
Nam mihi scribenti Musa negabat opem.*

CHRISTOPHORVS GRASEHOFFIVS
servestensis, τῆς Φιλαδελφίας ἔνεκα
scribebat.



A L I V D.

Dum GELANE, tibi, Themidos doctissime cul-
tor,
Musarumq; decus, summos MAIERVS honorum
Contribuit titulos magno & te nomine donat;
Adsistunt Charites, adsistit protinus omnis
Pieridum chorus, atq; tui spectator honoris
Carmina fert, plaususq; novos, lætosq; triumphos.
In medium, blando tacitura silentia nutu
Præcipiens, parvasq; moras, prorumpit Apollo.
Tum referens laudesq; tuas, doctasq; Camœnas,

Inge-

Ingeniiq; tui dotes, sic farier infit:
Cœptam perge viam, juvenis! desistere noli,
Sit licet arcta nimis, multis licet invia spinis,
Horridaq; aspectu videatur. nam via nulla
Invia virtuti est, modò perge, ac fortibus ausis
Vince viam, longasq; moras, durosq; labores.
Sic patriæ prodesse tuæ prodesse saluti
Publicæ, & ad summos poteris cōscendere honores.
Sic nomenq; tuum, laudesq; decusq; manebunt,
GELANE, ô geminæ Themidos doctissime cultor!

ABRAHAMVS VLRICVS Servestanus.



ALIUD.

Pinus ut insylvis tollit procera virentes
Ecce comas & agit se lætam fortè per auras.
Non secus ex humili tollis tu tramite pectus,
Egregie ô Iuvenis cultor bonæ & artis amator.
Pinus, ut est lignum, magnum quod commodat usum
Terricolis, nequit atq; hominum quo vita carere;
Sic tua laus florens, nunc flammea scandit ad astra,
Et claro fulget famæ melioris honore.
Affer opem miseris de jure & quoq; rogatus,

Promito

Promito justitiam, ferat ut jus commoda multa
Sic à te. Vireas PINUS velut alta Sionis,
Terrigenis prosis. Mea vota brevissima sunt hæc.

Præceptoris optimè merito gratitudi-
nis & debitæ observantiæ ergò.

CHRISTOPHORVS COLERVS

VVitteberg. Saxo.



A L I V D.

Multa licet multi multum, Præceptor amande,
Huc scripsere tibi: sint mihi pauca satis.
Te titulumq; novum coram amplis laudibus ornant
Ut decet, & meritus, dignus ubiq; manes.
Ast ego vota novo bona fata precantia honori
Suscipiam ex imo, pectoris ore mei.
Maëste novo titulo: ut feliciter omnia cedant
Det Deus altitonans opto precorq; tibi.
Odi perversos, hos non defendere tenta,
Ut facias, faciat, qui facit omne D E V S.

Debitæ observantiæ ergò.

M A T T H A E V S C O L E R V S

VVitteberg. Saxo.

F I N I S.

Id 4206
8°

ULB Halle
004 167 287

3



f
Sb

+90
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01

Ec 14
24. VD 17 Me

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



XIV. 33
ET VOTA
ET SOLENNEM
ATISSIMI ATQVE
simi Viri

LENTINI
ALDSASSENSIS
TUDIOSI, CUM EI IN
eleberrimo Anhaldino-
ulus Notarii tribueretur
erneretur

A
, NOBILISSIMO,
C DOCTISSIMO
MAJERO PHILOSOPHIAE
ri Lateranensis Palatii, Aulæq;
s Confistorii Comite, Equi-
& Cæsareæ Majesta-
Medico.

icis, quorum suis singu-
nomina addita sunt.

VESTAE
æ Dörfferi, Anno
DC X.

J. Ernesto Bi
dermanno.